



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

vehemens presumptio esset in contrarium Genens in Prax. Archiep. cap. 61. num. 16. immo Ferr. qq. mor. par. 1. q. 54. num. 10. & seq. putat, occidentem se ipsum posse sepeliri in loco sacro, si post vulnus per considerabile tempore interuum vixerit, quia tunc presumitur decessisse contritus: hoc tamen admirendum non est, nisi forte tunc ostenderit signa contritionis, ut d. Sylu: in ver. sepul.

2

tura n. 9. vers. ieritio. quinto notorio peccatores decedentes in ipso notorio mortali, nisi similiter signa contritionis ostenderint Sylu. loco cit. d. nu. 9. vbi alios etiam easus enumerat.

Tertio non habet locum in violentibus sepulchra hostium. I. sepulchra hostium ff. de sepul. viol. Menoch. d. cas. 387. num. 26. Farinacc. d. q. 20. num. 129. & seq. vbi idem dicit de violentibus sepulchrae Bannitorum nostri temporis, qui reputantur hostes Civitatis.

S V M M A R I V M

- 1 Qui pijs locis infantes exponunt tam ab ecclesiastico, quam seculari Iudice puniuntur.
- 2 Qua bona huiusmodi delinquentes plectantur.
- 3 A quo infantes expositi sunt atendi.
- 4 An expositi huiusmodi censetur legitimi.

C A P. XXXVIII.

De ijs, qui pijs locis infantes exponunt.

Ic etiam excessus inter delicta mixti fori numerari potest per cap. fin. 87. dist. cap. vn. de Infant. Expos. l. necare ff. de liber. agnos. ex quibus iuribus motu nonnulli tenuere, tales tamquam homicidas dammandos esse: alij verò putant, esse fustigandos, atque ita decisum refert Ricc. in Collect. des. 15 r. 14. par. 5. sed alij verius sentiunt, eos arbitrio Iudicis esse puniendos, sive exponant filios legitimos, sive illegitimos, sive spurious, ita Menoch. de Arbitr. cas. 396. num. 5. Vulpel. conf. crim. 94. num. 11. idem Ricc. in Prax. for. Eccles. par. 2. ref. 28. quos refert, & sequitur Barboff. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 51. num. 144.

Item Parentes propter crudelitatem huiusmodi, qua vtuntur in filios, ius filiationis amittunt cap. vn. de Infant. Expos. &c ad soluendum impensas, quas Hospitalia, seu alia loca pia fecerunt in eis nutriendis, obligantur, nisi paupertas eos excusat; quia hospitalia huiusmodi ad pauperes tantum subleuandos instituta sunt Nau. in manu cap. 16. num. 48.

3 Observatamen, quod vbi non extant ad hunc esse & cum publica hospitalia, Infantes expositi sunt ab Ecclesia, & eius Rector aleandi; sed si Rector Ecclesie non esset ita diu, ut ex redditibus Ecclesia